später leihweise nach St. Blasien gelangte,[1]) hier gegen Ende des 18. Jahrhunderts aus Versehen oder mit Absicht den St. Blasiener Einband erhielt und fortan um dieses ihres neuen Gewandes willen nicht mehr für einen Augiensis, sondern für einen Sanblasiensis galt.

Jedenfalls beruht auf ihr so gut wie ausschliesslich unsere Kenntnis der litterarischen Thätigkeit Odilberts, denn sie enthält den Brief des Kaisers an den Erzbischof, sodann die Antwort des letzteren und drittens seine Schrift über die Taufe. Dieser Umstand wird es begreiflich erscheinen lassen, dass ich den Codex selbst eingehend bespreche.

Die Schrift über die Taufe findet sich ausserdem, wie schon gesagt, wenngleich mit einigen leichten Umgestaltungen, in dem bereits erwähnten Münchener Codex.

Für den Brief des Erzbischofs an den Kaiser ist mir hingegen ausser dem Codex von St. Paul keine weitere Quelle bekannt geworden.

Dagegen ist das kaiserliche Rundschreiben in drei Ausfertigungen auf uns gekommen:[2]) mit der Adresse des Amalar im Cod. Tigurin. C. 102; mit der Adresse des Odilbert (ausser in dem von Mabillon genannten Cod. Mettensis) im Cod. von St. Paul; ohne Adresse im Cod. epistol. Udalrici und im Cod. Zwetlensis 283. Da der Brief hinreichend bekannt ist, so habe ich davon abgesehen, sämtliche Codices zur Vergleichung nochmals heranzuziehen und nur dankbar von den Mitteilungen Gebrauch gemacht, die mir Herr Dr. Alfred Göldlin von Tiefenau in Wien über den Cod. epistol. Udalrici zugehen zu lassen die grosse Güte hatte. Dieselben ergänzen in wünschenswerter Weise den Boretiusschen Text in den M. G. Capitul. reg. Franc. I 246 sq.

Ich lasse nunmehr die Beschreibung der beiden Handschriften von St. Paul und München folgen.

---

codex membr. in 8vo saec. VIII sive initio IX literis Merovingicis scriptus (Reisen durch Schwaben, Baiern u. s. w. 1783 I 165), unter welchem Titel unser Codex wahrscheinlich gegangen ist. Siehe unten S. 19. 20f.

[1]) Seitdem 1760, also drei Jahre nach Aufhebung des Klosters, die Reichenauer Bibliothek von Martin Gerbert offiziell katalogisiert war (Gerbert, Iter Alemann. 1773 p. 287), dürfte sie auch anderen St. Blasiener Gelehrten ohne Schwierigkeiten zugänglich gewesen sein.

[2]) Siehe oben S. 1 Anm. 2.

1. Cod. S. Pauli in Karinth. XXV $\frac{a}{5}$.

Pergam. 168 Bl. 8. long. (7/8 × 17/18) 10. Jahrh. Pappband mit braunem Leder überzogen, dessen Ränder nicht festgeklebt sind; auf dem Rücken: Isidorus Hispalensis. Beide Deckel innen mit beschriebenen Pergamentblättern beklebt. Hinten ein als Bl. 169 gezähltes, verkehrt eingeklebtes Pergamentblatt, mit Messgebeten beschrieben. 21 Lagen: Quaternio 1—14 regelmässig, Quaternio 15 mit eingeklebtem Bl. 114, Ternio 16, Quinnio 17, Quaternio 18—20 regelmässig, Quaternio 21 aus sieben zusammengeklebten Blättern bestehend. Signierung hinten unten: Lage 2—6 B—F jeder Buchstabe von vier Punkten eingefasst; Lage 7 mit ausradiertem H, neben welchem g; ebenso mit kleinen Buchstaben signiert Lage 8. 9. 11—14 und 16; mit Rotstiftsignierung Lage 1. 10. 15. 18—21; Quinnio 17 ohne Signierung. Hinter Bl. 18 und Bl. 67 je ein den Inhalt der vorhergehenden bezw. folgenden Seite ergänzender Schaltfetzen. Das Pergament von sehr verschiedener Qualität. Schriftzüge, Zeilenzahl und Tinte wechseln wiederholt mitten in einer Lage; so entsprechen sich Bl. 1. 2 und 7. 8 mit jüngerer Schrift (10. Jahrh.) und blasser Tinte, während Bl. 3—6 und Lage 2—7 wieder zusammengehören (9. Jahrh.); in Lage 10 haben Bl. 74 und 79 je 27, alle übrigen nur 22 Zeilen. Auch sonst wechselt die Zeilenzahl; Lage 1—6: 22, 7: 21, 8—9: 28, 10: 22 bezw. 27, 11—13: 28, 14—17: 27, 18—21: 28 Zeilen. In der Hauptsache stammt die Handschrift aus dem 10. Jahrhundert; nicht jünger dürfte auch der Korrektor sein, der durchweg mit blasser Tinte nachgebessert hat.

Leer geblieben waren ursprünglich Bl. 1_r. 137_v, halb. 168_v, halb. Von ihnen enthalten jetzt Bl. 1r zwei Gebete Ad monachum consecrandum (11. Jahrh.), Bl. 137v ein Stück eines Redemtionenverzeichnisses: [1]) Pro uno anno quando in pane et

[1]) Über Redemtionen vgl. Schmitz, D. Bussbücher u. d. Bussdisciplin d. Kirche I 144—157. Seeberg, Lehrb. d. Dogmengesch. II 30f. Ähnliche Verzeichnisse bei Morinus, Comment. hist. de sacram. poenit. 1702. X 16. Wasserschleben, Bussordnung d. abendl. Kirche, passim. Schmitz a. a. O. II passim. Über Palmaten vgl. Wetzer u. Welte, Kirchenlexikon (2) IX 1317 f.

aqua debet penitere, canat psalmus XIIII milia ienua flectendo, hoc sunt psalteria ç. XCVI. Et sine genua flectendo psalmus XV milia, hoc sunt psalteria C III. Et pro uno solido psalmus DC, hoc sunt psalteria IIII genua flectendo. Pro V solidos missas speciales VI psalmos L palmatas C. Pro I solido missa speciales I psalmus L palmatas L. Pro uno anno missas speciales XXX. Pro XXX denarios psalterium I. Pro untias III psalterios II. Pro untias VI psalterios III. Pro solidos XII psalterios VI. Pro solidos XX psalterios VIII. XXIIII missas speciales pro psalterios VIII.

Inhalt. *1) Isidori Hispal. de ecclesiasticis officiis libri (Ml. 83, 737—826).*

Bl. 1v: Incipit praefatio libri officiorum sancti Ysidori. Domino meo et dei servo . . . . Quaeris a me originem . . . Explicit praefatio.

Incipiunt capitula. I. De ecclesia vel vocabulo christianorum. . . . .

Bl. 2 bei V. De psalmis *die Randbemerkung:* Perfecta vox est alta clara et suavis. Alta ut in sublime sufficiat, clara ut aures adimpleat, suavis ut animos audientium blandiatur. Antiqui cantores pridie quam cantandum erat, abstinenti salibus utebantur leguminibus, unde vulgo fabiarii vocantur. Nota quid deceat christianum, si hoc fecere gentiles.

Bl. 2v. . . . XLIIII. De carnium esu vel piscium. Expliciunt capitula.

Bl. 3. Item incipit prologus de origine officiorum. Ea quae in officiis aecclesiasticis . . . .

Bl. 52: . . . Explicit liber primus Ysidori sancti episcopi iunioris Spaniensis. Incipit liber secundus.

Bl. 52v: Quoniam originis causasque officiorum . . . . Incipiunt capitula libri secundi. I. De clericis . . . . XXVI. De manus inpositione vel confirmatione.

Bl. 53: Expliciunt capitula. Incipit liber secundus. Itaque omnes qui in ecclesiastici . . . .

Bl. 100: . . . Explicit liber secundus Esidori episcopi iunioris Spanensis de origine et generibus officiorum.

2) Isidori Hispal. differentiarum liber secundus. De differentiis rerum (Ml. 83, 69—98).

Bl. 100: Incipit III differenciarum eiusdem. Inter deum et dominum . . .

*Bl. 133*v: XLII. De distinctionibus quattuor viciorum. Contra haec tamen . . . = *Ml. 83, 95 Cap. XL.*

*Bl. 136*v: . . . et tartari inferna promeruit (*Ml. 83, 98*). *Es folgen noch*: XLIII. Inter iusticiam et iudicium. XLIV. Inter castitatem et continentiam. XLV. Inter adulterium et fornicationem. XLVI. Inter impium et peccatorem. XLVII. Inter iniquitatem et peccatum, *welche bei Migne bezw. Arevalo nicht abgedruckt sind.*

*Bl. 137*v: Dispositis nonnullis differentiarum sententiis deinceps sacramentorum aecclesiasticorum distinctio subiciatur. Quid ergo inter caticuminum et competentem vel christianum distinguitur, agnoscamus. Omnis enim qui sacramenti consequi fidem nititur, prius caticuminus, dehinc conpetens vel electus, post modum fidelis, ad ultimum christianus efficitur. Dum enim quique a gentilitate conversus symbolum accipiat verbique dei auditor efficiatur, caticuminus nominatur. Hic primum tantum inunguitur, nondum tamen baptizatur, iuxta quod ait sanctus Augustinus: Caticuminus tantum inunctus est et nondum tamen lotus est. *Hiermit bricht der erste Teil der Handschrift mitten auf der Seite ab.*

3) *Bl. 138*: *Karls Brief an Odilbert*: In nomine patris et filii . . .

Bl. 139: Odilberts Brief an Karl: Domino christianissimo et a deo . . . .

*Bl. 140*v: *Odilberts Schrift über Taufe und Taufceremonien:* . . . De baptismi precepto. In evangelio.

4) *Bl. 146*: Ysidorus de regula fidei. Post apostolorum symbolum . . .

Bl. 147: . . . quatenus ad vitam aeternam valeant pervenire.

5) *Erklärung des Taufordo in 11 Capiteln von einem unbekannten Verfasser:*

Bl. 147: Cap. I. Cur caticuminus infans efficitur? Caticuminus ideo primo efficitur infans . . . . Cap. II. Scrutinium est illud quo a sacerdotibus . . . .

*Bl. 147*v: . . . Cap. III. Symbolum grece dicitur quod in latino . . . Cap. IV. Abrenuntiare quidem est despicere atque derelinquere . . . .

Bl. 148: . . . Cap. V. Exorcismum grece latine coniuratio

sive sermo . . . Cap. VI. Sal autem in ministerio caticuminus dandus a patribus . . . . Cap. VII. Nares ideo tanguntur de sputo et aures et effeta dicitur . . . .

Bl. 148v: . . . Cap. VIII. Pectus vero ideo unguitur deo scapulaeque signantur . . .

Bl. 149: . . . Cap. VIIII. Albis vestibus propterea induuntur in Christo renati . . . . Cap. X. Crisma grece latine unctio nominatur, ex cuius nomine . . . . cap. XI.

Bl. 149v: Corpore autem et sanguine dominico ideo confirmantur . . . .

6) *Schema des fränkischen Taufordo. Aufgenommen unt. and. in Alcuini epist. 261 ad Oduinum. Jaffé, Monument. Alcuiniana p. 824 sq. Bl. 149v:* . . . Ratio de sacro baptismate. Primo paganus caticuminus fit accedens ad baptismum . . . .

Bl. 150: . . . . qui fuit in baptismo per gratiam vitae donatus aeternae. Explicit.

7) *Excerpt aus Hrabans Schrift De institutione clericorum Buch I und II. Vgl. Ml. 107, 297—378.*

Bl. 150v: Incipiunt capitula excerptionis sequentis. I. De una dei ecclesia catholica . . . . XXXIII. De ordine missae.

I. Aecclesia ergo dei catholica a Christi nomine . . . .

Bl. 157: . . . . sacerdotis. Tunc praedicetur a diacono licentia eundi peracta missa. Prior libellus finitur.

Capitula libri secundi. Primum. De officiis et orationibus canonicarum horarum . . . .

Bl. 157v: . . . LVIII. De heresibus variis. Incipit liber secundus. I. Explicato missae ab apostolis et apostolicis viris . . .

Bl. 168v: . . . licet de ecclesia non recesserit tamen hereticus appellari potest. Explicit liber II.

2. Cod. lat. Monac. 14581 (Em. F. 84). Pergam. 4.

Bl. 1—163. 11. Jahrh. Bl. 164—174. 14. Jahrh. Über den Inhalt der Handschrift vgl. Catalogus cod. latin. biblioth. reg. Monacensis Tom. II pars II p. 196 sq.

Cod. Monac. bietet die Arbeit Odilberts nicht als selbstständige Schrift, wie er denn auch die beiden Briefe des Kaisers und des Erzbischofs nicht erwähnt, sondern als Bestandteil eines Konglomerats von Excerpten über die Taufe (Bl. 97—108),

das (Bl. 97) den Titel führt: Incipit liber III de officio et ordine baptisterii ex autenticis libris prudenter collectus, ohne dass klar ersichtlich wäre, welche unter den voraufgehenden Schriften als liber I und liber II (vgl. Bl. 78: In Christi nomine incipit liber II de officio missae scilicet expositio ethica et theorica per interrogationem et responsionem a quodam sapiente edita und Bl. 108: Incipit liber IIII de aecclesiasticis institutis ex kanonica auctoritate prolatis atque capitulatim degestis allocutio pontificia ad sacerdotes) gedacht sind. Und zwar sind in diesem Abschnitt Bl. 100—105 identisch mit Odilberts Schrift über die Taufe abgesehen von der eingesprengten Regula fidei (Bl. 102^{v}—103^{v}).[1])

Interessant aber ist, dass im Cod. Monac. die Schrift Odilberts nicht in der ursprünglichen Form erscheint, sondern dass die einzelnen Kapitel sehr hölzern in Frage und Antwort gestellt sind. Meist ist nur die alte Überschrift in eine Frage umgewandelt, und das Kapitel selbst folgt mit unbedeutender Veränderung der Anfangsworte als Antwort. Dabei bleiben die von Odilbert geflissentlich namhaft gemachten Gewährsmänner nunmehr ungenannt. Aus der die Meinungen der Väter referierenden Denkschrift Odilberts über die Taufceremonien ist ein Schulbuch geworden, eine Art viertes Hauptstück über die Taufe, nur dass es nicht mit der Gemeinde eingeübt worden sein dürfte, sondern mit dem jungen Klerus in den Klosterschulen.

1. Karoli M. ad Odilbertum epistola. [2])

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Karolus serenissimus augustus a deo coronatus, magnus pacificus imperator Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam dei rex Franchorum et Langobardorum, Odilberto venerabili archiepiscopo in domino salutem.

---

[1]) Siehe oben S. 16 Anm. 3. 4.

[2]) Abkürzungen im Folgenden: Cod. St. Pauli in Karinth. XXV $\frac{a}{5}$ (= *P*). Cod. lat. Monac. 14581 (= *M*). Cod. Vindob. iur. can. 45, nunc. 398 (= *V*). Boretius M. G. Capit. reg. Franc. (= *Bor*). Jaffé Monum. Carol. (= *Jaf*). Die Zahlen im Apparat bezeichnen die Zeilen des Textes. Abgesehen von Kleinigkeiten ist die Überlieferung ziemlich übereinstimmend.

5 *Bor* Francorum. — *P* Odilberto *V* N. *Vide supra p. 2.*

Saepius tecum immo et cum ceteris collegis tuis familiare conloquium de utilitate sanctae dei ecclesiae habere voluissemus, si absque molestia corporali id effici potuisset. Sed quamvis sanctitatem tuam in divinis rebus tota intentione vigilare non ignoremus, omittere tamen non possumus, quin tuam devotionem sancto incitante spiritu nostris apicibus conpellamus atque commoneamus, ut magis ac magis in sancta dei ecclesia studiose ac vigilanti cura laborare studeas in praedicatione sancta et doctrina salutari, quatenus per tuam devotissimam sollertiam verbum vitae aeternae crescat et currat, et multiplicetur numerus populi christiani in laudem et gloriam salvatoris nostri dei.

Nosse itaque per tua scripta aut per te ipsum volumus, qualiter tu et suffraganei tui doceatis et instruatis sacerdotes dei et plebem vobis commissam de baptismi sacramento, id est cur primo infans catechumenus efficitur vel quid sit catechumenus. Deinde per ordinem omnia quae aguntur. De scrutinio, quid sit scrutinium. De symbolo, quae sit eius interpretatio secundum Latinos. De credulitate, quomodo credendum sit in deum patrem omnipotentem, et in Iesum Christum filium eius natum et passum, et in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam et cetera quae sequuntur in eodem symbolo. De abrenuntiatione satanae et omnibus operibus eius atque pompis, quid sit abrenuntiatio vel quae opera diaboli et pompae eius. Cur insufflatur vel cur exorcizatur. Cur catechumenus accipit salem. Quare tangantur nares, pectus ungatur oleo, cur scapulae signantur. Quare pectus et scapulae liniantur. Cur albis induitur vestimentis. Cur sacro chrismate caput perungitur et mystico tegitur velamine. Vel cur corpore et sanguine dominico confirmatur.

---

[1] *P V* sepius. — [2] *V om* dei. — *P V* aecclesiae. — [3] *P V* efficere. — [5] *V om* tamen. — [6] *V* nostris conpellamus atque commoneamus apicibus. — [7] *P V* aecclesia. — [8] *Jaf* predicatione. — [16] *P V* catecuminus — catecuminus — [18] *V* quid. — [21] *PV* aecclesiam. — [22] *PV* secuntur. — [23] *PV* satane. — [24] *PV* eius diaboli et pompae. — [25] *PV* exorzizatur. — *PV* catecuminus. — *V* accipiat. — [26] *V* cur tanguntur nares. — *V* cur pectus. — *P* unguatur. — *V* scapuli. — [27] *V* signentur — *V om* quare pectus et scapulae liniantur. cur albis induitur vestimentis. — [28] *PV* crismate. — *P* perunguitur. — [30] *V* confirmetur.

Haec omnia subtili indagine per scripta nobis sicut diximus nuntiare satage, vel si ita teneas et praedices aut si in hoc quod praedicas te ipsum custodias.

Bene vale et ora pro nobis.

2. *Odilberti ad Karolum M. responsum*

Domino christianissimo et a deo conservato Karolo invictissimo atque piissimo imperatori Odilbertus servus servorum dei, sanctae vestrae Mediolanensis ecclesiae archiepiscopus et orator vester, perennem in Christo domino salutem.

Igitur inmensae omnipotentis dei nostri misericordiae sine intermissione omnibus nobis peragendae sunt gratiae, quae vos in tam sublimissimam dignitatem collocavit imperii, simulque provolutis genibus omnes eiusdem redemptoris nostri supplicemus clementiam, ut vitam vestram atque incolumitatem per multorum annorum curricula ad profectum omnium ecclesiarum dei sive et fidelium populorum vobis a deo commissorum conservare dignetur, quia in vestra tranquillitate salutem nostrorum omnium adesse cognoscimus atque tenemus, qui vos sollicitudinem habentes orthodoxae fidei magis prae ceteris omnibus qui ante vos christiani imperatores in universo mundo fuerunt devotione. Quique divino zelo commoti, id est Constantinus Theodosius maior Martianus et Iustinianus, hi omnes, ut christianum populum ab omni erroris macula liberarent, divinitus inspirati quae domini sacerdotes diffiniebant, illa tamen principali auctoritate confirmabant. Quorum vos meritis et scientia praecellentes, David sanctum imitantes qui se pro populi salute in typo nostri exhibuit redemptoris, qui vos — strenuus cultor — pro credulitate rectae fidei divino amore accensi de domino nostro Iesu Christo dei omnipotentis filio per omnia et super omnia, qui, cum sit „splendor gloriae et imago substantiae eius" et „candor lucis aeternae", „propter nimiam caritatem qua dilexit nos" „semetipsum exinanivit", et iuxta apostolicam aucto-

---

[2] *Jaf* predices. — [3] *Jaf* predicas. — *P* custodies. — [4] *V* valeas. — [8] *P* aecclesiae. — [13] *P* supplicamus. — [14] *P* incolomitatem. — [15] *P* aecclesiarum. — [19] *P* orthodoxe. — *Jaf* pre. — [25] *P* principalis auctoritas confirmabat. — [32] *P Jaf* semet ipsum.

ritatem vel cetera quae sequuntur, exhibuit sibi „gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam“, cuius abluens peccati contagium pretioso sanguine suo, redemptioni nostrae tribuens sacramenta, et per actum mysterium post ascensionem suam qua ad patrem ascendit, apostolica traditione nos confirmans. Qua fidei integritate universis gentibus apostoli praedicaverunt, ut nullis ventorum flatibus aut ictibus adversantium conquassetur ecclesia Christi, sed in vero atque perpetuo fundamine permanendo constabilita persistat, sic et nos confirmati sanctorum patrum spiritalibus instrumentis et corroborati, inviolata fide et inlibata de credulitate patris et filii et spiritus sancti rectam fidem credimus atque tenemus. Sed quid religioso convenit principi, ut super omnes polleat adversos, nisi de bonis sit semper sollicitus libenter operibus? Quod vestra sincera pietas summo amplectit studio, ut neque in qualibet parte ecclesia dei vulnerum maculis torpeat, aut in ea sanies ignorantiae crescendo ebulliat, sed ut magis vestris felicissimis temporibus sacerdotum dei corda accensa ad sollicitudinem sint, evigilando vera et recta custodia perseveret, et vos pro tanti vestri laboris certamine aeterna praemia a domino consequi valeatis. Sed nec aliquem nostrum existimamus qui verbis eloquii atque cogitatione capi possit, ut putet se omnia mysteria caelestia liquido conprehensa tenere.

Suscipientes nos itaque epistolam a pietate vestri imperii nobis emissam, qua perlecta redolentiam sensimus nectarei suavissimi nimio flagrante odore, multimodas deo nostro gratias referentes, qui in corda vestra inspirare dignatus est pro statu ecclesiae suae, quod a clementia vestra commoniti, rationem verae fidei et quaeque per ordinem gerimus atque docemus a nobis cognosci debeatis.

Itaque, etsi ad id quod dominatio vestra flagitat, plenius a nobis ipsis nequimus responsa proponi, oportet tamen ut quanto pauperiores nos cognoscimus esse in nostris responsis, tanto magis in scripturis sanctis convenit fieri devotiores, ut

1 *P* secuntur. — 2 *P* aecclesiam. — *P*1 aut. — 6 *P* confirmati. — 7 *Bor* actibus. — 8 *P* aecclesia. — 14 *P* bonis. Sed. — 15 *Jaf* aplectit. — 16 *P* aecclesia. — 17 *P* quod. — 19 *P om* sint. — 21 *P* ne. — 26 *P Jaf* multimodis *P*1*Bor* multimodas. — 27 *P* nostra *P*1 vestra. — 28 *P* aecclesiae.

qui propriis sermonibus minores sumus, in dicendo sanctorum quoque testimoniis adcrescere valeamus, et de eruditissimorum labore, qui nihil in scripturis divinis obscurum reliquerunt vel clausum quod ad veram non perducerent claritatem et „Davidicam clavem acceperunt, ut aperirent“, nobis etiam tribuendo proficerent in salutem, et labor sanctorum nos inertes securiores et paratos faceret ad danda responsa. Haec nos vero non per prolixitatem verborum scribendi compendiose temptavimus, sed valde subiecti per humilitatem veram pietati vestrae constringentes breviter perscripsimus, currentes per sanctorum patrum exempla ad significandum dignissimae praesentiae vestrae, quae velut mirificis floribus ex nimio rutilat ornata flagranti odore, auri ac pretiosarum devincens gemmarum splendorem, crescente vobis cum pietate sapientia. Et adesse semper tenemus, a quo veluti vivo fonte et ad instar fluminis ad singulorum inrigan-da corda dulcedine nimia profluente, mellis et butyri emanante, longe lateque decurrens telluris ariditatem per fusionem sui implet. Unde petimus, ut dulcia nobis dona magnifici eloquii vestri tribuere dignemini. Sed sicut solis radii mundum inluminant, ita scientia nostra sanctae vestrae doctrinae dono circumfusa fulgescat. Quia quod nobis adipiscendum pro nostra inquisitione laboriosum esse conspicimus, vos vero plenius, dispensatione dei sancto affluente in visceribus vestris spiritu, manifestare et aperire sacramenta divina valetis.

Dominus omnipotens prolixa per tempora gloriam imperii vestri incolumem conservare dignetur. Amen.

3. Odilberti liber de baptismo.

I. De baptismi praecepto in evangelio.

Ite, inquit Iesus discipulis suis, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti (*Matth. 28, 19*). Et qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit (*Marc. 16, 16*). Itemque nisi quis renatus fuerit ex aqua

---

[5] *P* ut acceperunt aperirent. — [11] *Jaf* presentiae. — [13] *P om* splendorem. — [15] *Bor* velut a vivo. — [19] *Mabillon* tribuatis *P om* dignemini. — [26] *P* incolomem. — [28] *M* De baptismi. Interrogatio: Ubi est baptismi praeceptum? Responsio: Ubi dominus discipulis suis ait: Ite docete. — [31] *M om* et.

et spiritu sancto, non potest introire in regnum caelorum *(Ioh. 3, 5)*.

II. De interpretatione baptismi.

Isidorus. Isidorus inquit in ethimologiarum: Baptismum, inquit, graece, latine tinctio dicitur. Quae idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiae in melius mutatur (*Isidor. etymolog. lib. VI c. 19, 43 Ml. 82, 256 A*). Alibi idem: Baptismum enim aqua est, quae tempore passionis de latere Christi profluxit (*Isidor. de eccl. offic. lib. II c. 25, 3 Ml. 83, 821 A*). Coepit ergo perfectum baptismum ad nomen Iesu. Ipse enim baptizavit primum in spiritu sancto (*Isidor. de eccles. offic. lib. II c. 25, 2 Ml. 83, 820 B*).

III. De sacramento baptismi vel quod sit in verbo et aqua.

Ambrosius: Quid enim aliud est baptismum nisi quia culpa mergitur et error aboletur, pietas autem et innocentia toto permanent? (*Ambros. de myster. c. 3, 12 Ml. 16, 409 D*). Aqua est qua caro mergitur et omne abluitur carnale peccatum (*Ambros. de myster. c. 3, 11 Ml. 16, 409 B*). Mira fons amarissimus erat. Misit in eum Moses (*Exod. 15, 23 sqq.*) lignum et dulcis est factus. Aqua enim sine praedicatione dominicae crucis ad nullum usum futurae salutis est. Cum ergo salutaris fuerit crucis mysterio consecrata, tunc ad usum spiritalis lavacri et salutaris poculi temperatur (*Ambros. de myster. c. 3, 14 Ml. 16, 410 A. B*). Augustinus: Quid est baptismum? Lavacrum aquae in verbo. Tolle aquam, non est baptismum. Tolle verbum, non est baptismum (*August. in Ioh. evang. tract. XV n. 4 Ml. 35, 1512*). Paulus: Mundans eum lavacro aquae in verbo (*Ephes. 5, 26*).

---

[3] *M* Interrogatio: Quid interpretatur baptismus? Responsio: Baptismum enim grece, latine. — [4] *P* Ysidorus. Ysidorus. — [5] *P*[1] quod. — *M om* quae idcirco tinctio dicitur. — [6] *PM* spiritum. — [7] *M* Interrogatio: Item alibi baptismum quid est? Responsio: Baptismum aqua quae in tempore. — [10] *M* cepit. — [14] *M* Interrogatio: Quid sit baptismum? Responsio: Quid enim est aliud baptismum? — [16] *M* permanent tantum. — [17] *P* in nomine. — [18] *P* Mira *P*[1] Marath *M* Mara. — [19] *M* misit enim in. — *P M* Moyses. — [22] *M* misterio. — [24] *P* Augustinus *M* Est ergo baptismum in verbo et in aqua. Interrogatio. — *M* Responsio: Lavacrum. — [26] *M* et non. — [27] *P* aquae *M* atque.

IV. De catechumenis et exorcismis.

Isidorus: Catechumeni sunt qui primum de gentilitate veniunt habentes voluntatem credendi in Christum et quod primum exhortationis praeceptum est in lege (*Deuter. 6, 4*): Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est. Unde et his per sacerdotem quasi per Mosen deus primum loquitur. Catechumenus id est audiens nominatur, scilicet ut unum agnoscat deum et relinquat errores varios idolorum (*Isidor. de eccl. offic. lib. II c. 21, 1 Ml. 83, 814 C*). Exorcizantur autem primum, deinde salem accipiunt et unguntur. Exorcismus autem sermo increpationis est contra inmundum spiritum in energumenis sive catechumenis factus, per quod ab illis diaboli nequissima virtus et inveterata malitia vel violenta incursio expulsa fugetur. Hoc significabat lunaticus ille (*Matth. 17, 14—18*) quem increpabat dominus Iesus et exiit ab illo daemonium. Potestas autem diaboli exorcizatur et insufflatur in eis, ut ei renuntient atque eruditi a potestate tenebrarum in regnum sui domini per sacramenta baptismatis transferantur (*Isidor. de eccl. offic. lib. II c. 21, 2 Ml. 83, 814 C — 815 A*) et reliqua.

V. De sufflatione et exsufflatione.

Caelestinus papa: Cum sive parvuli sive iuvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae adeant quam exorcismis et exsufflationibus clericorum spiritus ab eis inmundus abigatur (*Caelest. pap. epist. XXI ad episcop. Galliar. c. 12, 13 Ml. 50, 536 A*). Iohannes: Exsufflatur igitur et exorcizatur ut fugato diabolo Christo domino praeparetur

[1] *PM* catecuminis. — [2] *P* Ysidorus *M* Quid sunt cathecumini. Responsio: Cathecumini. — *P* catecumini. — [4] *M* exortationis *P* exhortationes *P*[1] exhortationis. — [5] *M* unus deus. — [6] *PM* Moysen. — *P* catecuminus *M* cathecuminus. — [9] *P* exorzizantur *P*[1] exorcizantur. — [10] *P* unguuntur. — *M* Interrogatio: Quid est exorcismus? Responsio: Exorcismus. — [11] *P* erguminis. — [12] *P* catecuminis *M* cathecuminis. — [13] *P* malicia. — [15] *P* demonium. — [16] *P* exorzizatur. — [17] *M* eruti. — [21] *P* Celestinus. — [23] *M* exorcismus. — [24] *M* abigatur spiritus. — [26] *P* exorzizatur. — *M* praeparatur.

introitus (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 3 Ml. 59, 402 A*) et reliqua.

VI. De salis acceptione.

Isidorus: Sal autem in ministerio catechumenis a patribus est institutum ideo dandum, ut eius gustu condimentum sapientiae percipiant neque desipiant a sapore Christi (*Isidor. de eccl. offic. lib. II c. 21, 3 Ml. 83, 815 A*). Iohannes: Accipit etiam catechumenus benedictum sal in quo signatur, quia sicut omnis caro sale condita salvatur, ita sale sapientiae et praedicationis verbi dei mens fluctibus saeculi madida et fluxa conditur, ut ad soliditatem stabilitatis digesto penitus corruptionis humore divini salis suavitate perveniat (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 3 Ml. 59, 402 A. B*).

VII. De competentibus.

Isidorus: Post catechumenum enim secundus competentium gradus est. Competentes autem sunt qui iam post doctrinam fidei, post poenitentiam vitae ad gratiam Christi percipiendam festinant. Ideoque appellantur competentes id est gratiam Christi petentes. Nam catechumeni tantum audiunt, necdum petunt. Sunt enim quasi hospites et vicini fidelium, deforis audiunt mysteria, audiunt gratiam, sed adhuc appellantur infideles. Competentes autem iam petunt iam accipiunt iam catechizantur id est imbuuntur instructione sacramentorum. Ipsis enim salutare symbolum traditur quasi commonitorium fidei et sanctae confessionis indicium quo instructi agnoscant, quales iam ad gratiam Christi exhibere se debeant (*Isidor.*

[4] *P* Ysidorus. *M* Interrogatio: Cur sal a patribus est institutum. Responsio. — *P* catecuminis *M* cathecuminis. — [5] *M om* eius. — [6] *P* dissipiant. — [8] *P* catecuminus *M* cathecuminus. — *M* sal benedictum. — [14] *PM* conpetentibus. — [15] *P* Ysidorus. *M* Interrogatio: Quis est secundus gradus? Responsio. — *P* catecuminum *M* cathecuminos. — *M* etiam. — *P* conpetentium. — [16] *M* est conpetentium. — *P* conpetentes *M* Interrogatio: Conpetentes quis? Responsio: Conpetentes. — [17] *PM* penitentiam. — [18] *PM* conpetentes. — [19] *P* catecumini *M* cathecumini. — [22] *PM* conpetentes. — [23] *P* cathecizantur *M* catezizantur. — *P* inbuuntur. — [25] *M* inditium. — *P* agnoscunt.

de eccl. offic. lib. II c. 22, 1. 2 Ml. 83, 815 B. C). In his fiunt scrutinia secundum formam septem donorum spiritus sancti.

VIII. De scrutinio.

Isidorus: Fiunt enim scrutinia, ut explorentur, utrum in eadem doctrina fidei consistant qua pridem docti a sacerdotibus fuerunt, vel si renuntient maligno spiritui atque malitiae et pompis illius. (*Cf. Collectanea dicta de antiquis ritibus baptismi eorumque significatu c. 7 Ml. 106, 56*). Iohannes: Tunc fiunt illa quae ab ecclesiastica consuetudine scrutinia dicuntur. Perscrutamur eorum corda per fidem, utrum menti suae post renuntiationem diaboli sacra verba defixerint (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 4 Ml. 59, 402 B. C*) et cetera.

IX. De catechesi vel symboli traditione.

Iohannes: Catechesis graece instructio dicitur. Instruitur enim ecclesiastico ministerio per benedictionem imponentis manum, ut intelligat, quid sit quid futurus sit, hoc est ex damnabili sanctus fiat, ex iniusto iustus appareat, ad postremum filius fiat ex servo (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 3 Ml. 59, 401 sq.*). Isidorus: Symbolum autem hoc multis et iustissimis ex causis appellare voluerunt maiores nostri. Symbolum enim graece et indicium dici potest et collatio (*Isidor. de eccl. offic. lib. II c. 23, 3 Ml. 83, 816 A. B*). Est enim symbolum signum, per quod agnoscitur deus, quod quique proinde credentes accipiunt, ut noverint qualiter contra diabolum fidei certamina praepararent, in quo quidem pauca sunt verba, sed omnia continent sacramenta. (*Cf. Hraban. Maur. de clericor. institut. lib. II c. 56 Ml. 107, 369*).

---

[2] *M* sancti spiritus. — [4] *P* Sancti Ysidori. *M* Interrogatio: Cur fiunt scrutinia? Responsio. — [6] *M* renuntiant. — *M* maliciae. — [9] *PM* aecclesiastica. — *M* dictantur. — [10] *P* mentis. — [11] *PM* definxerint. — [12] *M* caetera. — [13] *P* catacesis *P*[1] cathacesis *M* cathezesis. — [14] *M* Iohannes. Interrogatio: Cathezesis qua lingua dicitur? Responsio: Greca instructio interpretatur. — *P* catacesis. — *P* grece. — [15] *P* mysterio *M* misterio. — *PM* inponentis. — [16] *P* intellegat. — *M* qui sit qui. — [19] *P* Ysidorus *M* om. — [21] *PM* grece. — *M* inditium. — *P* conlatio *M* consolatio. — [25] *P* prepararent.

X. De tactu cum sputo.

Gregorius: Per salivam itaque quae de capite in os labitur supernae contemplationis inrigatio designatur. Quid ergo est caput nostrum nisi divinitas, per quam existendi principium sumimus ut creatura simus, ut illud Pauli (*1. Cor. 11, 3*): Caput viri Christus? Et quid aliud oris nomine exprimitur nisi praedicatorum ordo signatur? (*Gregor. moral. lib. VIII c. 30, 49 Ml. 75, 832 B*). Adiecit quidam: Unde et Philippus, qui os lampadis[1]) interpretatur, quasi salivae gustum de capite sumebat, cum Iesus dicebat (*Ioh. 1, 43*): Sequere me. At ille quasi bonus odor dei Nathanael cum sputo aures tangebat, cum praefulgido sacrae legis sacramento proferebat dicens (*Ioh. 1, 45*): Quem scripsit Moses in lege et prophetae, invenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Item Gregorius: Huic bene et aliud evangelicum coaptatur exemplum. Redemptor etenim veniens sputum luto miscuit et caeci nati oculos reparavit (*Ioh. 9, 6*), quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem suae contemplationis inradiat et ab originali caecitate hominem ad intellectum reformat (*Gregor. moral. lib. VIII c. 30, 49 Ml. 75, 832 C*).

XI. De tactu aurium.

Iohannes: Ideo tanguntur aures eorum, quia per eas ad intellectum fides ingreditur (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 4 Ml. 59, 402 C*). Item Ambrosius: Aures ideo a sacerdote tanguntur, ut aperiantur ad sermonem et ad eloquium sacerdotis (*Ambros. de sacrament. lib. I c. 1, 2 Ml. 16, 436 A*). Alibi idem: Effeta quod est adaperire ut venturus

[1]) Beliebte Ableitung des Namens Philippus aus dem Hebräischen פִּי-לַפִּיד Fackelmund. Vgl. de Lagarde, Onomastica sacra p. 174. 200.

[1] *M* saliva. — [2] *P* Gregorius *M* Quid per tactum salivae? Responsio. — [3] *M* superne. — [4] *M* est ergo. — *M* nisi ut. — [7] *P* predicatorum *M* ordo praedicatorum. — [10] *M* Iesu. — [11] *P* Nathanahel. — [12] *P* prefulgido. — [13] *PM* Moyses. — [14] *M om* item Gregorius. — *M* hic. — [16] *PM* ceci. — [17] *M* canalem. — *PM* ammixtionem. — [18] *PM* cecitate. — [22] *P* Iohannes *M* Interrogatio: Cur tanguntur aures? Responsio. — [24] *M om* item Ambrosius. — [25] *P* eloqium. — [27] *M om* alibi idem.

unusquisque ad gratiam quid interrogetur agnoscat et quid respondeat memoriae commendet (*Ambros. de myst. c. 1, 3. Ml. 16, 407 A*) et cetera.

XII. De tactu naris.

Iohannes: Cum vero tanguntur nares eorum, admonentur, ut quamdiu spiritum naribus trahunt in dei servitio mandatisque perdurent (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 5 Ml. 59, 402 C. D*). Ambrosius: Nares autem tangere est ut bonum odorem accipiant pietatis aeternae, ut indicatur: Christi enim bonus odor sumus deo, quemadmodum dixit apostolus sanctus (*2. Cor. 2, 15*). Et sit in eo fidei devotionisque plena flagrantia (*Ambros. de sacrament. lib. I c. I 3 Ml. 16, 436 sq.*). Item in ipso libro: Post haec reserata sunt tibi sancta sanctorum, ingressus es regenerationis sacrarium (*Ambros. de myst. c. 2, 5 Ml. 16, 407 B*).

XIII. De unctione pectoris et scapulae.

Iohannes: Pectus eorum oleo consecrationis perungitur, ut intelligant firma conscientia et puro corde debere promittere, quia iam relicto diabolo Christi mandata sectentur (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 6 Ml. 59, 403 A*). Alibi: Signantur et scapulae, ut ubique muniatur. (*Cf. Alcuini epist. 93. 261 ed. Jaffé p. 390. 825.*)

XIV. De abrenuntiatione.

Isidorus: Duae sunt quippe pactiones credentium. Prima enim pactio est qua renuntiatur diabolo et pompis eius et universae conversationi illius. Secunda pactio est qua se credere in patrem et filium et spiritum sanctum confitetur (*Isidor. de eccl. offic. lib. II c. 25, 5 Ml. 83, 821 C*), ut illud

---

[2] *M* memoria. — *P* conmendat. — [3] *M* caetera. — [5] *P* Iohannes *M* Interrogatio: Quid nares. Responsio. — *PM* ammonentur. — [6] *P*[1] trahant. — [8] *M om* Ambrosius. — [9] *M* dicatur. — [11] *M* deo. — [16] *M* scapuli. — [17] *P* Iohannes *M* Interrogatio: Cur pectus perunguitur? Responsio. — [17] *P* perunguitur. — [18] *PM* intellegant. — [21] *M* scapule. — *P*[1] muniantur. — [24] *P* Ysidorus. *M* Interrogatio: Quod sunt pacciones credentium? Responsio: Due. — [26] *M* conversationis.

evangelii: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit (*Marc. 16, 16*). Iohannes: Diaboli, inquit, laqueis nisi aliquis inter ipsa primitus fidei rudimenta veraci professione renuntians exuatur, ad salutaris lavacri gratiam non accedet et ideo hunc oportet primum catechumenorum adiutorium introire (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 3 Ml. 59, 401 D*).

XV. Utrum pueri per se confessionem faciant?

Isidorus: Quod pueri per se renuntiare non possunt, per corda et ora gestantium adimpleatur (*Isidor. de eccl. offic. lib. II c. 21, 3 Ml. 83, 815 A*). Iohannes: Scire debetis, quia dum a parentibus an a quibuslibet aliis offeruntur, ore alieno professionis salvari necesse est qui fuerunt ore alieno damnati (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 7 Ml. 59, 403*).

XVI. De trina mersione.

Iohannes: Nam qui in trinitatis nomine baptizandus accedit, ipsam utique trinitatem trina debet demersione signare et illius se cognoscere beneficiis debitorem qui tertia die pro eo resurrexit a mortuis (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 6 Ml. 59, 403 B*) et cetera quae sequuntur.

XVII. De unctione chrismatis.

Iohannes: Sumptis dehinc vestibus albis caput eius sacri chrismatis unctione perungitur, ut intelligat baptizatus regnum in se sacerdotale convenisse (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 6 Ml. 59, 403 B*) et reliqua. Isidorus: Unguentum Moses in exodo iubente domino composuit et confudit, quo primum Aaron et filii eius in testimonium sacerdotii peruncti (*Exod. c. 30, 22 sqq.*),

[2] *M om* Iohannes. — *M* inquid. — [4] *M* accedat. — [5] *PM* catecuminorum. — [7] *M* Interrogatio: Utrum. — [8] *P* Ysidorus *M om.* — *M* parvuli. — [10] *P* Iohannes *M* Responsio. — [12] *M* alieno ore. — [14] *M* mersione. Interrogatio. Incipit regula fidei. Ysidorus. Post apostolorum symbolum haec est *fol.* 102^{v}*—*103^{v}. *Vide supra p. 16 n. 3.* — [15] *P* Iohannes *M* Cur trina fit mersio? Responsio. — [16] *M* itaque. — [19] *PM* secuntur. — [20] *PM* crismatis. — [21] *PM* Iohannes *M* Interrogatio: Cur caput perunguitur? Responsio. — [22] *P* crismatis. — *P* perunguetur P^1M perunguitur. — *P* intellegat. — [23] *M om* se. — [24] *PM* Ysidorus. — *PM* Moyses. — [25] *P* conposuit. — *M* quia.

denique et reges chrismate sacrabantur, unde et christi nuncupabantur sicut scriptum est: Nolite tangere christos meos (*Ps. 104, 15*). Eratque eo tempore tantum in regibus et sacerdotibus mystica unctio, qua Christus figurabatur, unde et ipsum nomen a chrismate dicitur. Sed postquam Christus dominus noster verus rex et sacerdos aeternus a deo caelesti et mystico unguento est delibutus, unguento non solum pontifices et reges, sed omnis ecclesia unctione chrismatis consecratur pro eo quod membrum est aeterni regis et sacerdotis. Ergo quia genus regale et sacerdotale sumus (*1. Petr. 2, 9*), ideo post lavacrum ungimur, ut Christi nomine consecremur (*Isidor. de eccl. offic. lib. II c. 26, 1. 2. Ml. 83, 823 A—824 A*).

XVIII. De linteolo.

Iohannes: Ad imaginem quippe sacerdotii plenius exprimendam renascentis caput lintei decore componitur. Nam sacerdotes illius temporis quodam mystico velamine caput semper ornabant (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 6 Ml. 59, 403 B*).

XIX. De albis vestibus.

Idem: Cuncti renati albis vestibus induuntur ad ministerium resurgentis ecclesiae, sicut ipse dominus coram discipulis transfiguratus ut dicitur: Resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt candida sicut nix (*Matth. 17, 2*). — Utuntur igitur albis vestibus, ut quorum primae nativitatis infantiam vetusti erroris pannus fuscaverat, habitus secundae regenerationis gloriae proferat indumentum (*Iohann. Diac. epist. ad Senar. c. 6 Ml. 59, 403 B. C*). Salomonius: Semper inquit sint vestimenta tua candida (*Eccles. 9, 8*).

---

[1] *P* crismate. — *M* nuncupantur. — [4] *M* mistica. — *P* ipsud *M* ipsu. — [5] *P* crismate. — [6] *M* celesti. — *M* mistico. — [7] *P*[1] delibatus. — [8] *PM* aecclesia. — *P* crismatis. — *M* consecrantur. — [10] *PM* unguimur. — [14] *P* Iohannes *M* Interrogatio: Cur lintei decore componitur? Responsio. — [15] *PM om* caput. — *P* conponitur. — [19] *P* idem *M* Cur vestibus albis cuncti renati induuntur? Responsio: Ad mysterium itaque renascentis. — *P* mysterium. — [20] *P* aecclesiae. — [22] *M om* autem. — [24] *P* pannos. — [26] *M* Salomon. — [27] *P* inquid.

XX. De communicatione corporis Christi.

Dignum omnimodo est, ut ad mensam sponsi caelestis nuptiali veste circumdatus homo novus occurrat. In evangelio: Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo (*Ioh. 6, 57*). Augustinus: Hoc ergo est manducare illam escam et illum bibere calicem, in Christo manere et illum manentem in se habere; ac per hoc qui non manet in Christo et in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat eius carnem nec bibit eius sanguinem, etiamsi ante rei sacramentum ad iudicium sibi manducat et bibit (*August. in Ioh. evang. tract. XXVI n. 18 Ml. 35, 1614*). Item: Sicut hoc ergo in vos convertitur, cum id manducatis et bibitis, sic et vos in corpus Christi convertimini, cum oboedientes et pie vivetis. Item: Estote quod videtis, capite quod estis. Cyprianus: Manifestum est eos vivere qui corpus Christi attingunt et eucharistiam iure communicationis accipiunt. Ita contra timendum est et orandum, ne, dum quis abstentus separatur a Christi corpore, remaneat a salute comminante ipso et dicente: Nisi ederitis carnem filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis (*Ioh. 6, 54*). Et ideo panem nostrum id est Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus et vivimus a sanctificatione eius et corpore non recedamus (*Cyprian. de dominic. orat. c. 18 Opp. ed. Hartel I 280 sq.*).

XXI. De impositione manus pontificis.

